

**Cogitationes, Sive Considerationes Christianae Pro  
singulis Anni diebus**

Complectens Januarium, Februarium, Martium

**Nepveu, François**

**Monachii, 1709**

Dies 26. De fervore in cultu divino.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-60495](#)

**Januarius.** num, ad quem illi te perducent, Beatorum esse sedem.

*Affuesce, frequenter considerare infernum, Calvariae montem, & cœli gaudia, ubi in medijs ærumnis animum tuum frangi senseris. Hæc sola consideratio, roborare & animare tibi poterit.*

Non sunt condignæ passiones hujus temporis ad futuram gloriam, quæ revelabitur in nobis. Rom. 8. v. 18.

Nil sentis Crus in nervo, dum animus est in cœlo. Tertull.

## DIES XXVI. De fervore in Cultu Divino.

### I.

**C**UR remittis in obsequio DEI? cur ei minore cum fervore hodie servis, quam heri faciebas? anne DEUS minus grandis, minus bonus, minus amabilis est hodie, quam heri? an minus Creator tuus, primum principium tuum, ultimus finis tuus est? anne Christus minus est Redemptor, & servator tuus? IESUS Christus, inquit Apostolus, idem est hodie, & qui erat heri. An non eadem ratione ad ipsius pertinet? an non eodem modo ab ipso pendes? an non eodem modo, totus ip-

13. v. 14

ipius esse teneris? an non eadem præmia Januarius,  
tibi speranda, si ferventer ei servis? an  
non eadem pænæ tibi formidandæ sunt?  
si id non facis? an maledictionem suam  
minus tibi minitatur, si ei negligenter ser-  
vis? Cùm igitur DEUS non mutetur,  
sed idem sit erga te, cur tu muteris? cui  
idem erga ipsum non manes? Hoc Da-  
mine, aliud esse non potest, quâm effe-  
ctus imbecillitatis meæ, & inconstantiae  
mihi ingenitæ. Quis imbecillitatem ro-  
borare, quis inconstantiam meam firma-  
re potest, nisi tu?

II. Cur à fervore remittis, varijs ratio-  
nibus adeum etiam augendum stimulanti-  
bus? quod magis ætate crescis, eò magis  
DEI beneficia crescunt, & quod conse-  
quens est, grata beneficiorum memoria &  
fervor tuus crescere magis deberet. Si  
tantopere DEO obstrictus es, quod vitam  
tibi semel dederit, quantum ei non debes,  
quod vitam toties tibi concederit, quo  
numerare potes momenta, quéis eam ti-  
bi conservat? non est ullum vitæ tuæ  
punctum, quod pluribus Beneficijs non  
sit insignitum, nec ullum, in quo gratias  
tibi non congreginet. An igitur vel uni-  
cum esse convenit, in quo fervorem tuum  
non gemines? & nihilominus hic repesce-

re

**Januarius.** re indies incipit. Si rationem in eas om-  
nium bonorum, quibus te cumulat, om-  
nium malorum, quibus te liberat, om-  
nium periculorum, à quibus te defendit, fa-  
cere, te debitorem esse solvendo impa-  
rem. Qui ergo sit, ut nondum de debi-  
to expungendo, sed nec de ulla amica com-  
positione cogites? qui sit, ut torpeas, qua-  
si DEO nihil amplius deberes, aut certe  
non coneris solvere, quod potes, si non  
totum, quod debes.

III. Cur à fervore remittis ? quò magis  
ætate provecheris , eò magis ad mortem ac-  
cedis ; quò dixi tūs vixisti , eò ministris vi-  
vendi tempus tibi supereit ; cùm propera-  
re ad terminum tuum debeas , qui æterni-  
tas est , in via nugis occuparis ; pauci ex-  
inde Dies , & longum tibi iter faciendum  
supereat . Cur igitur passus tuos non du-  
*Ambulate* , dum lucem  
dhabit , ut  
non vos te-  
nebrae com-  
prehendant .  
*Io. 12. v. 3. s.*  
iter prosequi conceditur , nisi aberrare , &  
perire velit ; forsan tibi vivere diutiū non  
licebit ; forsan brevi rationem redditurus  
nox venit , es ; sed qualem rationem ? sed cujnam ju-  
quando ne-  
mo potest o-  
perari *Io. 9.*  
dici ? nihilominus te non paras rationis  
reddendæ non incurius modò ; sed & im-  
memor ? quænam hæc agendj ratio ? quò  
propius ad centrum & terminum accedunt  
v. 4.

*Ambulate, dum lucem habetis, ut non vos tenebrae comprehendant.*  
Jo. 12. v. 35.  
*Nox venit, quando nemo potest operari* Io. 9.

四、

propria ad centrum & terminum accedit.

corpora, eō magis accelerant motus suos. *Ianuarium*  
Enī brevī morieris, brevī in vitæ tuæ eris  
termino: & langues, & moraris? Tem-  
pus breve est: itaque modicum, quod no-  
bis ex eo restat, utiliter collocemus. Ni-  
si hoc fecerimus, à nobis auferetur, Quan-  
tum hoc infortunium!

*Conemur quotidie fervorem nostrum renova-  
re, & sine intermissione cum Propheta dicamus:  
Dixi, nunc cœpi: quia novas hodie causas ha-  
beo, DEO serviendi.*

Spiritu ferventes, Domino servientes.  
*Rom. 12. v. 11.*

Qui non proficit, remansit in via. *Aug.*

---

## DIES XXVII.

### De pietate erga Beatissimam Virginem.

#### I.

**I**ESUS & MARIA tam arctè inter se uniti sunt, ut separari non possint. Amari, & honorari filius nequit, quin simul honoretur, & ametur Mater. Omne meritum, & gloria matris provenit ab eis filio; & omnis honor, qui matri habetur, in filium redit. Pietas, quæ MARIAE exhibetur, cor non dividit; sed è contra-

F

ria